Hic ostenditur, quod in omni genere virtus occulta habeat inueniri.

Celitus infusa virtus, in fece reclusa
Ac immensa fimo latitat sociataque limo
Iungitur et lapidi, sicut sepissime vidi.
Flumine siue mari solet ac tellure morari,
Magnis et paruis vnitur rebus et armis.
Siluis et pratis vacat, in quibus ipsa creatis
Munera dat multa prauo medicamine fulta,
Quod velut inculta medicorum conscio stulta
Prosus deuitat, simili quam munere ditat
Muscas et uermes. Ait hinc doctissimus Hermes:
Vires in propria dat celis summa sophia,
Quas sibi re uera collatas celica spera
Confert sensatis animalibus et uegetatis
Ac condensatis lapidali molle guatis.[1])
Has bene qui sciret fieri sine demone, quiret
Factor mirorum, que fiunt arte magorum.
Hermetis dicta nullatenus extimo ficta,
Namque modo simili de te miracula uili
Multociens feci, perceperunt ea ceci
Et surdi claudique uiri, mihi reputo laudi
Aut alieni genti, sed perpetuetur agenti
Laus et honor primo, que per medium vocat imo

Hic specificantur magis, que dicta sunt in communi.

Vel metris resono, speciali celica dono.
Virtus nobilitat res, quas domini [?][2]) gratia ditat.
Diuis ydeis fiunt medicis phariseis
Ex hoc contempte, quia non sunt carius empte,
Cum sua sit pluris et plus accomoda curis
Actio morborum, quam tota sit ars medicorum.
Me fugat a medicis, ab ede sue genitricis
Crusta carens micis et nox sine re meretricis.
Versor in emperycis et simplicibus siue tricis[3]),
Rebus mirificis, quibus ipse deus benedicit.

[1]) So steht da, wohl für „generatis" verlesen.
[2]) „dn̄" steht da.
[3]) Statt „tritis".

Hijs mens adiutor, mihi sum meus et mihi tutor
Que colo, que telo[1]) medico sub iudice celo.
Res mihi celestes astant, per quas fugo pestes
Mille dabo testes, probat hoc et fama superstes.

Hic describitur, quid sit empericum.

Dicitur empericum cui virtus insita tricum[2])
Se procul effundit, nec se minus inde refundit.
Subiecto proprio stupidus minus hoc ego fio,
Dum uis conclusa, qua turba diu fuit vsa,
Depellens cladem remanet forma sub eadem,
Reddita subiecto fit in obliquos via recto.
Sic declinando vim recti participando,
Dum rapit obliquus, ideo non sicut iniquus.
Rectus dampnatur nec in propria spoliatur.
Hic et conferri solet idem pondera ferri
Ingentis masse, magnus lapis attrahit ad se,
Attracta massa dampnum non est ibi passa
Virtus magnetis, hec habet minus inde quietis.

Hic confirmat actor intensionen suam per magnetem.

Hunc adiens tangas in frustaque plurima frangas,
Ex hoc non magnes vim perdet ut agna vel agnes.
Alterutrum namque preclaram conspicuamque
Virtus celestis reddebat ut aurea vestis,
Qua sibi subtracta confisa flet vtraque fracta.

Hic innuitur, quod uirtus sit magis in contemptibilibus quam preciosis et famosis rebus.

Sic et aromatica superat virtute mirica,
Dum cedro laurus, cum ceruo denique taurus
Cedunt buffoni, celestis culmine doni,
Nec certe trufo precellat balsama bufo,
Cum palma nardum simul ursos et leopardum
Vincit et albentes elephantis vipera dentes,
Sicut sol umbre sic typus[3]) preminet ambre.
Hoc probat antidotum quod reddit tyria notum
Clamosis grillis, qui gingnunt tedia villis,
Ac nimijs ramis, quas uexat cantus inanis
Amires talpas, quas nec sentis neque palpas,
Et multos mures volucres superaddere cures,
Quorum sunt plures, quos condempnas quasi fures,
Innumeros vermes pededenteque mulgis inhermes.
Cum varijs muscis fore talia plurima tu scis,
Absque quasi numero prestant medicamine vero

[1]) cf. Vers 356.
[2]) statt tritum.
[3]) Das „p" ist zum Teil weggesprungen; wahrscheinlich ist „tyrus" gemeint.

Plusque valent curis quam cetere numina ruris.
Sic et mustelas motas disrumpere telas
Plenius agnoui, sed non ostendere noui
Hoc in deuotis nec complicibus scarilotis.
Vt proprium pignus opifex fovet ista benignus
Mundus eis dignus, nunquam fuit iste malignus.

Hic extollit virtutem, de qua tractatur.

Diuinis venis virus manes ab emenis.
Influis obscenis apud hoc remanes sine penis
Robore plena venis, veniens a robore plenis,
Per que tergenis pia tu medicaris egenis.
Rempis[1]) enormem de simplicitate biformem
Actum producis eterne filia lucis,
Virtus astrigena monstrat, quod dico, venena,
Ex quibus adducis mortem vitamque reducis.
Hijs nam cum teste mors vitaque sunt simul ex te,
Sicque sit ut per te, sicut res bonitate referte,
In quas non sine ve virtus sudit, scelus eue,
Aduersas partes qua sit[2]) simul arte coarces,
Nemo potest fari, decet hinc te plus venerari.

Hic alludit actor sue scientie et inuehitur in medicos, vituperans eorum modum in medendo.

[Bl. 24r] Sicut feconde celestis fluminis vnde
Ad me decurrunt, medicos pix et piper vrunt
Et calx et sulphur, mihi far cedit sibi furfur
Non obit, ut credo fur inueniar neque predo.
Preterea credo, quod fur non sum neque predo.

Hic subsannando medicos commendat suum modum medendi super alios medicorum modos.

Si metra non resecas, in thoro nimis puro peccas.
Num quid apothecas reputari uis quasi methas
Et medicos methos, non sit, si eos minus equos
Et iustos reputo, quia spreto tramite recto
Ire per amfractus soliti sunt, vnde retractus
Absque graui gyro celum, medicando requiro.
Et celi reliquas virtutum denique cellas
Fecit eas opifex, per quam virtute viget fex.

Hic innuitur, quod virtus occulta non minus inest in inmundis rebus quam in mundis.

Res reor inmundas stellas uirtute fecundas
Instruxisse deum, fore probo per Ptholomeum.
Non inmunda polum sunt participantia solum,

[1]) So steht da; vielleicht statt „Rem prius“?
[2]) statt „sic“.

Sed metis et falcas manibusque tenes pede calcas,
Qui polus ipse colit, quamuis ea perdere nolit.

Hic inuehitur in medicellum, re et nomine paruum quidem corpore, minorem sciencia, minimum moribus et virtute, maximum vero iactancia et detractione.

Ex nunc depelle, precor, inuidiam medicelle,
Disce frui melle celestino sine felle.
Huc haurire veni, fluuij medicamine pleni
Sunt, metra testantur, probat et res, predominantur
Virtutes sceni medicaminibus Galieni.
Non sunt hec ficta, quia factis comprobo dicta,
Non reputo ficta, que sunt virtute relicta.

Hic tractat de venenatis sensualibus et insensualibus, quibus est uirtus occulta.

Rerum sunt alique simul horribiles et inique
Plus reliquis, utique celo uirtute propinque,
Mortiferique uice, vite fuerit inimice.
Et ut agunt veteres in eis polus, ipse coheres
Parce nequam quadam, sicut meruit verus Adam.
Ex alia parte medica prestantior arte
Morbos tollit acres et sanos tollit alacres,
Absque dolo sceleri facit hoc intentio celi,
Diuaque precepta peragit virtute recepta.
Fiunt idcirco, sic moris est siue tuto
Effectu celeres in curis emperice res.

Iterum inuehitur in medicos.

Hec si conciperent ac abusiue refouerent,
Quidam non parerent tot scandala, sed nec egerent.
Nam si uirtutis reuocando vocabula mutis,
Dant visum cecis, sic et hijs resolutio fecis
Et pijs humorum reddit ius empericorum.
Auditum surdis solis dare, tale datur dijs,
Dat gressum claudis, si uult natura, subaudis.
Quod si non gaudes cura, curare quid audes
Ipsaque quandoque refugit curas ideoque
Exhibita cura prostrata gemit paritura.
Plebs amat emperica, quia nulli sunt inimica,
Sed pudor est medicis, quod adest magnalia vicis,
Consona facta fora laxant in laudibus ora.
Hic libet, ut mandem, quod mens declaret eandem
Et reseret clausam per nigra sequentia causam.

Incipit tractatus secundus, in quo magis lucide prosequitur suam intentionem.

Per metra declaro, quod celi munere claro
Sepe rei vilis plus conditio fit herilis,

Plus sublimatur plus et uirtute beatur.
Quouis thesauro qui gignitur ere vel auro,
Egris et sanis monstrat, quod non sit inanis,
Quem refero, rumor, quisquam non efficit humor
In re tale bonum, nec phisica uis neque donum.
Species hoc nequam dat nec complexio quequam,
Sed uirtus diua mirabilium genitiua.
Semper amans humiles non spernes viscera viles,
Rem vilem visit, in ea manet et quod ibi sit.
Hoc patet effectu, cur est ibi, nescio nec tu
Scis, scio, quod foris, sit res in viribus ortis.
Ex hac uirtute vado propter ea sibi tute.
Nam velut athleta sanos facit absque dyeta
Fortes ulternos eademque pie morituros
Eripit a morbis, non mentior, aspicit orbis.
Sentit et, hoc mira, sed curam liuor et ira
Non capit in medicis, grauis est uirtus inimicis.
Res est emperica, cui uirtus sic fit amica.

Hic pronosticatur siue demonstratur, qualiter virtus occulta vnitur rebus per modum nuptus et matrimonij.

Virtus sublimis, que desuper influit imis,
A firmamento condescendens elemento
Subit et vnitur simul in re, cum sepelitur
Et manet occulta res ex uirtute sepulta.
In reformalem vim concipit et spiritualem.
Fit terre soboles ex tunc celestia proles,
Acta poli forma sed communi sine forma,
Producens actum speciali lege subacta.

Hic ostenditur, quomodo per modum dotis res obtineat proprietates a virtute iubente sibi.

Nuptum iuncta rei pro dote sue speciei
Vim tribuit, virtus sibi quod foris astet et intus
Syderis etherei lux, ut sit forma diei.
Sic et uis talis, sic forma rei specialis
Illucens ipsi, ne qua tenebretur eclypsi.
Hoc diuersa basis, ob quam contraria crasis
Rem non obscurat, dum morbida corpora curat.
Sic dabit egrotis data forma rei vice dotis,
Causis ignotis medicamina congrua uotis.
Sic a delubris celi virtute salubris
Dirigitur callis, neque mons grauat hec neque vallis.

Hic exprobat medicis tamquam ignaris istius uirtutis.

Despicuit scire uis celica, quanta sit in re
Intenti verbis medici speciebus et herbis.
Sed spreto zelo liuoris et ut noto celo,

[Bl. 24ᵛ] Sic ad opus tracto, de tali denique pacto
Laus noua floreret, vetus impia fama taceret,
Nec mors nec streperet nec plebs tot funera fleret.

Hic mouet questionem et eam soluit.

Cur ab Ypocrate de tali proprietate
Non est instructum medicina[1]), cape fructum.
Fortan in hac sorte pauper fuit aut quia forte
Precabit vates, ne multi sint Ypocrates.

Hic asserit, quod, quanto res sunt turpiores et abhominabiliores et bene notiores, tanto magis participant de hac virtute, de qua est tractatus.

Lex stupet et ritus, dum nubit innuba virtus
Contempto cedro, buffoni nubit et ydro
Et contis uirus, gaudent hac sorte saphirus
Et lapides quivis, quibus est vnita poli vis.
Rebus et incultis datur hic sors celica multis,
A quibus exclusus est prorsus publicus vsus
Et quarum preda grauis est et visio feda.
Nec rosa nec virtus[2]) nec buxus nec terebintus
Nec nux de fructu, nec radix fetida ructu
Nuptu sunt placide, non dentibus inuide stride,
Sed potius ride, liuorem corde relide,
Dum rerum minima virtute beantur opima
Et sine stant decore celesti celsa decore.
Ree iacent sterilis res atque per omnia uilis
Sordida sorde cubat, audi quare sibi nubat
Celestis partus suosque covniat artus.
Vili sub recto turpi vel anime tecto
Conpatitur passis uirtus concrimina bassis,
Fastidi fastum repetens apud infima pastum.
Res, quas extollo, medicando colebat Apollo,
Expers vir fraudis, maior quam gloria laudis,
Vtens expertis, gaudens virtute refertis,
Ex quibus in partem collectis condidit artem.
Gens tunc delira propter delicamina mira
Credidit hunc diuum venerando velut rediuiuum.
Liuor id inclusit, quod sub Apolline fulsit,
Ars miranda nimis medicis celeberrima primis,
Fracta venustate, resoluta iacens Ypocrate.
Rem cum sermone fundante super ratione,
Prorsus defluxit, sed nunc rediuiua reluxit
Et renouata uigens, miris efectibus ingens,
Factis veraces probat ipsius esse sequaces.

[1]) Es steht „medicine“ da.
[2]) So; ist „mirtus“ gemeint?

Hic ostenditur modus medendi, quam requirit virtus occulta medicis ignotus.

Nuper consurgens, medicos liuore perurgens
Virtutem rerum, sed non precium specierum
Ars hoc intendit, res extra corpora pendit
Vasis conclusas, increbratas neque tusas,
Qui pendendo foris intus sunt cura doloris.
Nam miro tractatu[1]) tollunt morbos sine tactu,
Res si claudatur, que celi dote beatur.
Ere uel argento non cedit id impedimento,
Vt fuerat pridem situs acus permanet idem,
Talibus adiuta stans in certamine tuta.
Morbum natura iuuat medici sine cura,
Querere si scires, similes actus reperires
Multis in rebus. In odoriferis speciebus
Inuenies minime, cur hoc sit non legis in me.
Qualiter aliud, quare virtus fluit ex aliqua re,
Dum res est clausa, non est mihi cognita causa.

Hic agitur de anulo mirifico, qui habet componi ex rebus diuersis empericis.

Plus validus Marte conceptus Apollinis arte
Anulus est genitus, plus patre medendo peritus,
Vt celum laudent, qui celi munere gaudent,
Ex informali virtute viget speciali.
Luce poli fulgens nec feruidus ipse vel agens
Dissipat utrumque morbum gelidum calidumque;
Non patiens sed agens stupet in virtute sua gens.

Hic probat, quod uirtutes celestes includuntur in anulo.

Hic indefesse dum morbos curat et ex se
Destruit aduersa nec destruitur vice versa.
Innuit expresse, sibi celica iura subesse.
Hunc mihi pro messe reputo seruare necesse,
Qualiter expellat morbos medicosque refellat,
Sutcat atque domet, metrice canat ore suomet.

Hic indicitur anulus ad loquendum de se et suis uirtutibus.

Arte noua structus medicis cano carmina luctus,
Cum nouus et mirus fero cum medicamine virus.
Si re composita manet in me cum[2]) nece vita,
Hinc mire medicor, hinc mirificus benedicor.
Exarat septa cutis, tentus cum causa salutis
A subita morte, dum tu me fers tueor te.
Me foris hic siste, si me sumis perimis te.
Membra foris pensus conforto seruoque sensus,

[1]) Es ist wohl „tractu" gemeint.

[2]) Es steht eigentlich „tū" da, also „tamen", nicht cū = cum.

Et quocunque feror, neque morbus erit neque meror.
Curo langores, fugo febres, sedo dolores,
Sum senibus sompnus, pueris sum fons et alumpnus.
Crede, probata loquor, corroboro cum cerebro cor,
Appensus collo fugo noxia, tosica tollo.
Vna tumens reuma, mulcedo, tussis et asma
Gutturis atque tumor et inherens faucibus humor
Guttaque iuncture medicorum nescia cure,
Febris quartana, tritheus cum cotidiana.
Me pendente foris cedunt fluxusque cruoris,
Nata nigri fellis medicos quartana rebellis,
Dans inde risum, remanere nequibit, vbi sum,
Malleus et tortor, cum sim pregnantibus hortor,
Vt caueant prorsus sibi, ne causetur aborsus.
Non opinor pro me, sed agit deus hoc opus ex me,
Prodit ab arte poli mihi uis hic insita soli.
[Bl. 25r] Gloria sit summo, qui sic operatur ab ymo.

Hic agitur de vasis, que componuntur secundum modum actoris, per quorum uirtutem ipse trahit materias morborum de corpore uel per sudorem uel per secessum. ¶ Hic loquitur actor de vasis mirifice uirtutis, quorum ipse est primus compositor et expertor.

Arte uiri uirtus hic clausa manet, sed ab intus
Arte dei manat, morbos venenaque sanat.
Non elementata, sed ab astris mirificata
Rebus adunatur et in hijs viget et medicatur
Per medicamenta, que perducunt elementa,
De quibus et carte tractant Ypocratis in arte.
Delusi medici cupiunt potius maledici,
Quam per uirtutem celi reparare salutem
Egris absque dolo, quos hac uice pungere nolo.
Pungat et arcet eos, ut apud Christum phariseos
Fama carens laude maculataque practica fraude,
Quod non curare solum sed multiplicare
Morbos est solita, re sordida voce polita.
Nam species herbis miscens magnalia verbis
Antonat altisonis resilitque datis sibi donis.
Cessaret cura repetitque dari sibi plura
Exhausta bursa patiens, quasi morsus ab ursa.
Vociferando gemit, quia res sibi pratica demit
Et sinit humores in eo geminare dolores.

De vase mirifico, quod est compositum in modum crucis.

Hospita facta crucis, moror hic ego, filia lucis,
Virtus astrigena, miro medicamine plena,
Gemmas extollo, probra dampna pericla repello.
Mors, morsus pena, mihi cedunt atque venena.
Omnimodo molis expers sum luceque solis

...TON MED...
NOV 5

Purior existo, licet austro claudat in isto,
Condicione polo virtuteque proxima nolo
Ludibrio fieri, sed honoris marte teneri.
Sum bona sumque bonis a celi culta colonis,
Hinc peto, qui meus es cultor, malus esse recuses.
Horreo quoque scelus et idem uergat tibi telus[1]),
Cumque tuas ago res, uicijs me sic inhonores.
Nam nisi me captes et te mihi moribus aptes
Dispar et a bruto ni sis tua teque refuto.
Nam bruto similis, sed sit uirtute virilis
Virtutis lator, concordent bos et arator,
Aut fiet sulcus sordens ut uulnus et ulcus.
Ergo dum presto tibi sum venerabilis, esto
Sobrius et castus, fugiens fastigia fastus.
Mondicie cor des, restringe gulam, fuge sordes.

Hic inuitat latorem suum ad comparandum virtutibus.

Redde parem mihi, sum presidium turbite [—][2])
Duxque comesque vie, uelut Helyseus Helye.
Si cadis, obuia sum, nec adesse sino tibi casum.
Asto tibi, iuuo te, mecum stes, sto quia pro te
Atque mea peste, tu me releuare iuues te.
Forsan diffides, de meque meaque refides.
Dum tibi non prosum, rea non uicis huius ego sum,
Sed contrarietas tales statuens tibi metas.
Prauos euentus habet ordo rei, male tentus
Resque sit electa recto moderamine recta.

Item de alio vase mirifico.

Curandi causa morbos uirtus ego clausa
Hic sum, meque tegunt era, sed astra regunt.
Huius sum moris, quod causas interioris
Auffero langoris, clausa manendo foris,
Sed bene dum medicor et ab egris dum benedicor,
Sum medicis prauis liuor et ira grauis.

Item de alio vase mirifico.

Arte repressa uiri virtus, violentia diri,
In vim virtutis conuersa vicemque salutis
Spirat ab hoc vase suffulta celitus, a se
Toxita languores febres fugat atque tumores.

Item de alio vase mirifico.

More medens miro, vis virus indita disco.
Spirat ab hoc giro sub iuga facta uiro.

---

[1]) cf. Vers 84.

[2]) Fehlt ein Wort; etwa „teeum"??

Sic in uirtutem cedit confertque salutem
Egris corporibus mortiferum arte cybus.

Item de alio vase mirifico.

Res noua, res mira, medicos furor vrit et ira
Dum uirtus clausa fluit hic, qua nescio causa
Curans quartanas, tratheos[1]) et cotidianas,

Hic facit actor conclusionem suam more philosophico.

O lux eterna, tu qualis in ede superna,
Quantaque compares, que sint super infima clares,
Fonsque salutaris, quantus super astra probaris,
Qui tantus tali fluis ex re materiali,
Res qui sublimas tantis uirtutibus ymas
Vilibus et fedis, qui talia tantaque credis!
Dic, rex virtutis, quid erit tua iussa secutis,
Quid dabis iniustis, pro te sectis et adustis!
Prome maiora, passis tribuam potiora,
Plusque reportabit, qui pro me plus tolerabit.
Plenius ad votum mea meque dabo sibi totum,
Retribuens utique quicquid bene fit vel inique,
Iudex iuste, Jeusu bone, regum summe, deorum
Optime, nil sine te possumus, ergo rege.
Dum corpus tyri vir in ere facit sepeliri,
Fit virtus dari ius medicina viri,
Sic ego, celica uis, medicis ignotaque prauis,
Cum leuis et suauis sum, putor esse grauis.
Celitus a primo terre retrudor in ymo,
Cogor in limo nubere siue fymo.
Cumque per astra soli cogat sic nubere proli,
Iure requiro poli clausa sub ere coli.
Clausa per es fluere non cesso manensque sub ere
Dum fluo, deserere non queo claustra sere.
Sic fluo, sic spiro loca corporis egra requiro,
[Bl. 25v] Hijsque medens miro seruio more viro,
Vim, vitam iecoris, si deputer usibus oris,
Sed plus humoris expuo pensa foris,
Vt sic effrenes medicos nouitate refrenes.
Me colis atque penes te uichere tenes.
Curo secure, non est Ypocras mihi cure,
Perfidior fure liuor abinde fine.
Sic deus artaris caro factus carne seraris,
Sic quoque clausa maris, nescio uirgo paris.
Non sequor, immo nego medicos, sua seque relego,
Dum Nicholaus ego te Ptholomee lego.

Explicit iste tractatus.

[1]) Statt „triteos".

Sie ist zweifellos ein interessantes Schriftstück, diese Streitschrift gegen die Schulmedizin und selbst ihren gefeierten Begründer Hippokrates, aus den Tagen des Petrarca, der ja gleichfalls manch hartes Wort gegen die Ärzteschaft gefunden hatte, wenn er auch das Eintreten des Nicolaus von Polen für eine magische Medizin voll Verehrung für die Kräfte an Ringen, Kapseln und Edelsteinen neben der Lebendigmachung der geheimen Wirkungen niedrigster Dinge für den Heilzweck gewiß nicht gebilligt hätte. Der allgemeine Gedankengang ist an der Hand der Zwischentitel leicht zu verfolgen. Berufungen auf andere Autoren fehlen fast völlig, abgesehen von dem für alles tiefere Denken und Wissen stets als Zeugen aufgerufenen „Timaios" des Platon, neben dem Albert der Große und Hermes Trismegistos einmal genannt werden und mehrmals Ptolemaios. Die rätselhafte Anziehung des Magneten, die noch für lange Zeit als hauptsächlichstes Beispiel und Beweisstück geheimer Kräfte und Wirkungen („virtutes occultae")[1] in der „natürlichen Magie" paradiert, ist auch hier nicht vergessen, dafür fehlen fast völlig die Hinweise auf Planetenwirkungen oder sind doch wenigsten nur ganz verhüllt angedeutet trotz der mehrfachen Berufung auf Ptolemaios als obersten Wahrheitsspender, während auf die eigentliche „hermetische" Kunst des ausgehenden Mittelalters, auf Chemie oder Alchemie auch die schüchternste Hindeutung vermißt wird.

Gewiß verdient aber auch diese besondere Richtung kritischer Stellungsnahme zur Schulmedizin des 14. Jahrhunderts, wie sie Nicolaus von Polen in seinem „Antipocras" verkörpert, in der Entwickelung mittelalterlicher Heilkunde eine gewisse Beachtung, wenn ihr auch ihr richtig Plätzchen im organischen Zusammenhange des Ganzen noch nicht völlig sicher angewiesen werden kann. Er selbst nennt seine Lehre die „empirische"[2], und schließlich meinte Nikolaus, wenn man ihm seinem Sinne nach gerecht werden will, seinen Standpunkt im Streite nicht viel anders zu nehmen, als wenn er für Beobachtungswissen gegen Schuldoktrin eingetreten wäre.

[1] Vgl. vor Vers 163 und nach Vers 210; „Tugent und kräfft" sagt Hohenheim.

[2] Vgl. die Überschrift und Vers 87 ff.

Pestschriften aus den ersten 150 Jahren nach der Epidemie des „schwarzen Todes" 1348.

Von

Karl Sudhoff.

IX.

Pesttraktate aus Böhmen, Schlesien und Nachbarbezirken bis zur Mitte des 15. Jahrhunderts.

Kehren wir von unseren Vorstößen nach Süden und Westen nach Prag zurück, dessen erstes akademisches Flügelregen in die ersten Jahre und Jahrzehnte der erneuten praktischen und literarischen Beschäftigung mit der Pest hineinfällt und auch auf diesem Gebiete besonders sich betätigten!

Besonders lebhaft waren die persönlichen gelehrten Beziehungen Prags nach der schlesischen Seite hin, stärker wohl als nach der meißnischen. Schlesien stellte vielleicht den stärksten Anteil zur „Natio polonica" Prags. Wie auf anderen Gebieten unverkennbar, spricht es sich auch in der Pestliteratur aus, zu der ja auch Meißnisches seinen bescheidenen Teil stellte. Das zeigt ja schon der Brief an die Frau von Plauen (Nr. 4)[1]), wenn auch Plauen nicht zu Meißen im engeren Sinne damals gehörte. Was wir in unserer Leipziger Jubiläumsfestschrift von Pestliteratur sonst heranzuziehen vermochten, knüpft sich aber an Namen schlesischer Herkunft, wie auch weiter unten noch zu ersehen sein wird.

Ich eröffne die Reihe mit zwei kleinen Peststückchen, die in Schlesien geschrieben sind und in Prag verwahrt werden.

93 u. 94. Zwei kleine Pestanweisungen in einer Prager Handschrift, geschrieben in Schlesien.

Im ***Codex V. A. 9*** der Prager Universitätsbibliothek befinden sich auf der Innenseite des Hinterdeckels des Einbandes aufgezeichnet zwei kleine Pestregeln, die erste lateinisch, die zweite

[1]) Vgl. Bd. IV des Achivs S. 203 usw.

deutsch, deren Schluß auf die vorhergehende Seite (*Bl. 201*^{v}) übergeht, beide von der gleichen Hand aus der Mitte des 15. Jahrhunderts geschrieben. Das Deutsch des zweiten Peststückes weist mundartlich nach Schlesien oder der Lausitz. Dort ist also der Schreiber zu suchen und ich verweise daher die beiden kleinen Pestanweisungen in diesen örtlichen Zusammenhang. Sind sie auch im allgemeinen vom Landläufigen kaum abweichend, so atmet doch besonders das lateinische Peststückchen eine gewisse Sicherheit der Auffassung und des Urteiles.

Cum fuerit apostema cum febre, fiat minucio sine mora. Si fuerit apostema sub brachio sinistro, fiat fleubotomia de basilica eiusdem brachij vel saluatella vel mediana, et si fuerit in dextro bracchio fiat ibi suo modo sicud in sinistro. Sed si fuerit circa pudibunda, statim fiat minucio de sophena in pede, in quo est apostema, et minucione facta provocetur sudor, detur sibi tyriaca vel metridatum vel oppopira vel omnia simul in quantitate parvae nucis in vino calido et cooperiatur bene cum plumis et ponatur sibi una flascula cum aqua buliente ad pedes et alia ad dorsum et tercia ad pectus et habebit sudores magnos. Et si non habes tyriacam et alia praedicta, tunc capis salviam et pulegium et bulias in cerevisia antiqua et pura, pacienti unum bonum haustum de tali decortione et cooperias eum sicud prius et applica flasculas sicud prius et habebit sudores. Sudore facto laxetur statim cum laxativo. Solucione facta conforta eum cum cibis et potibus, unde da sibi lac amigdalarum dulcium sine speciebus, item da sibi avenatum, id est pultas de avena cum modico aceti. Item da sibi cibum que fit de colatura furfuris. Item da sibi pomerancias, item da sibi aquam ordei, id est ptisanam, bibere cum aqua scabiose, item da sibi micam panis triticei ter lotam in aqua frigida comedere et sit quilibet cibus suus conditus cum aceto et non da sibi carnes in primis diebus, quia omnis caro calefacit et febrem augmentat.

Consilium meum consistit in tribus punctis, primo facio flebotomiam magnam sicud dictum est, secundo provoco sudorem statim post flebotomiam secundum modum dictum, tercio statim post sudores do sibi lapatium ad. 4. vel 5. sedes, post hoc rego eum in cibis et potibus sicut dictum est.

Emplastrum.

℞ Armoniaci ℥ semis, serapini, galbani ana ʒ ij. sinapis, piretri euforbij ana ʒ semis, quae in uno dissolvantur et pul⟨vere⟩ aliorum addantur et fiat emplastrum. Cum illo emplastro quam plures liberavi.

℞ electuarij de su⟨cc⟩o rosarum, electuarij dulcis ana dosym .j.; pulverizetur et misceatur.

Confortativum post laxativum.

Conserae voraginis[1]) conservae buglosse, conservae rosarum ana ℥ semis, manus cristi cum perlis, triasandali ana ʒ ij, electuarij de gemis ʒ ij, corallorum rubeorum ʒ semis, fiat conditum.

Aquae bibendae.

℞ Aquae salviae, aquae verbenae, aquae voraginis[1]), aquae buglossae ana quartum semis, aquae scabiosae quartum j, aquae rosae electae[2]) lib. semis, vini latini ℥ iij, succari modicum fiat Julep. In veritate in istis punctis stat tota cura.

Das deutsche Peststück schließt sich direkt an, nur durch einen Querstrich geschieden, und zeigt mancherlei Anlehnungen an den „Sinn der höchsten Meister".[3])

Czu dem ersten mole, weme dy druse of schissen, der neme seyphe vnd holunder blatir vnd stose dy mittenandir vnd lege doruf. Dornoch wer sich in der czeit behuten wil, der neme salben blettir vnd bramber blettir, einer alze vil alz der andern vnd syde dy in gutem weine vnd thu zustosin jngeber dorin vnd trink den trang nuchtern, ee denne her aws seiner hůse get. Auch saltu meiden allirley obest, ane welsche nosse vnd hut dich vor obrigem essen vnd trinken. Vnd essig ist dir czu allirley speyse gut. Auch nem ein stucke weis brotis vnd los is weichen drey tage in essige, do wermut ynne gestosen ist vnd halt das vo⟨r dyn⟩[4]) nase, so ofte du magest vnd wo du bist. Auch beuellestu mit der seuche, is sey, wo is ⟨woll, so⟩[4]) los dy menynge odir of der haut vnd sevme des nicht vnd hut dich vor slofe, vnd we⟨me⟩[4]) dy druse ofschissen adir werden zwischen den schuldern, der sal loßen zwischen den schuldern mit zwen capphen vnd weme dy druse vndir dem slofe adir vndir dem halse ofschisen, der sal dy haupt odir losen of beiden devmen, vnd weme dy druse entsten vndir dem lincken arme, der sal losen dy milcz odir czwischen dem mittiln vinger vnd dem namelosen an der selben hant, weme is an dem herczin ist der loßen dy milcz odir an der rechten hant czwischen dem mitteln vinger vnd dem namelosen. Weme is wirt an der linken seiten an den hege drusen adir an dem beine, der sal loßen dy rechte adir czwischen der l⟨eczten?⟩[4]) cz⟨een⟩[4]) vnd der nesten do bey. Weme is wirt an dem rechten beine an den hegedrusen, ⟨der⟩ s⟨al⟩ losen dy frawen odir, dy do get obir dy grose cze, vnd wer do slefet jn

[1]) Natürlich = boraginis. [2]) Es steht „electo" da.
[3]) Vgl. dieses Archiv Bd. II, S. 379 ff.
[4]) ⟨—⟩ Völlig unleserlich durch Wurmfraß, daher nur Vermutung.

⟨der⟩[1]) selben czeit, so is en an kommt, den hilfet keynirley dorcz nicht, vnd hute sich vor gemeyn schvyz [?] der lüthen; vnd wirt dir icht ersen, so nym ein rutin tzwegelin vnd dy wurtziln von wermute [Schluß auf dem vorhergehenden Pergamentblatte 201] vnd essig doruf gegussin vnd deines eigen mistes vnd lege is dor of. Czum leczten nym rute vnd welschenosse vnd veygen vnd stos izlichis besundern; so is wol gestossin ist, so menge is mitenander vnd is das nuchtirn, das ist vor dy gift gut.

[1]) Durch Wurmfraß größtenteils zerstört, die Lesung daher ganz unsicher.

Weit wichtiger als diese beiden kleinen Stücke ist ein schlesischer Pestautor aus der Mitte des 14. Jahrhunderts, zu dessen Betrachtung wir jetzt übergehen.

95. Ein Pestkapitel des Breslauer Arztes Thomas, Bischof von Sarepta.

In der wertvollen Handschrift der Breslauer Universitätsbibliothek ***III. F. 20,*** die aus der zweiten Hälfte des 14. Jahrhunderts stammt, findet sich auf Bl. 64ʳ—64ᵛ eine anonyme kleine Abhandlung über Pestilenzialische Fieber, die Henschel in seinem wenig beachteten Verzeichnis der Breslauer medizinischen Handschriften vom Jahre 1847 (in 4°) S. 18 unter Nr. 273 vermutungsweise dem „Thomas episcopus Sareptanus" zuweist, weil dahinter Bl. 66ᵛ andere praktisch-therapeutische medizinische Abschnitte unter seinem Namen stehen. Diese Vermutung des wackeren A. G. E. Th. Henschel trifft tatsächlich das Richtige, denn diese kleine Abhandlung über Pest bzw. pestilenzialische Fieber stimmt vollständig überein mit dem 111. Kapitel der „Practica Medicinalis domini Thomae Episcopi Sareptensis, ordinis Praemonstratensis", die sich bekanntlich in Leipzig und Dresden handschriftlich erhalten findet. Der ***Codex 1198*** *(früher 1189)* der Leipziger Universitätsbibliothek bringt dies Capitulum CXI De febre pestilenciali auf Bl. 199ʳ—200ʳ als vorletztes des ganzen Buches; im Dresdener ***Codex C. 274,*** der die „Practica" des Thomas in verstümmelter Gestalt enthält und kaum im Originalmanuskript wie Herschel (s. u.) meint, steht dies Cap. de febre pestilenciali auf Bl. 190ʳ—191ʳ. Unter Heranziehung der Breslauer (*Vrat*), Dresdener (*Dresd*) und Leipziger (*Lips*) Textüberlieferung hat die Pestausarbeitung des Thomas von Breslau folgenden Wortlaut:

Febris pestilencialis secundum Almansorem generatur ex aeris corrupcione, cuius signa sunt quod[1]) calor febris ⟨est⟩[1a]) lentus, cum tangitur corpus a putrido febris et acuitas exterius pauca, sed in occultis et profundis partibus corporis est magna caliditas et acuitas magni nocumenti et propter hec sunt[2]) cum mala tollerancia[3]) et paciuntur sitim magnam et aestuacionem et difficultatem anhelitus et anhelitus est spissus et fetens et similiter urina et egestio et sudor in ea fetet et solet ex eis vomitus exire fetens et per secessum res fetens insolita procedere id est materia extranea malarum qualitatum et post haec supervenit eis sincopis et moriuntur et dicit quod hae febres sunt lentae tepidae, sed conclusae et deceptoriae. Haec Almansor, et Alfonsus dicit quod haec febris est[4]) continua et non interpollata et diu durare non poterit, quin vel curetur vel quod interficiat et hoc propter maliciam materiae pessimae venenosae. Et Liliator dicit quod omnes febres pestilenciales sunt malae terminacionis et cum terribilibus et fraudulentis accidentibus ad quos consueverunt sequi varioli et morbilli et aegritudines venenosae et ut plurimum deludunt medicos, quod[5]) urina videtur bene ypostaseata[6]), sed ypostasis talis non est ex materia morbi, sed de materia cibi; non enim audet natura invadere materiam morbi propter eius maliciam et cum expectatur crisis ad bonum, tunc venit mors. Haec ille. Alfonsus: si generaliter dicitur ab Ypo. quod acutorum morborum non omnino certae pronunciationes sunt, nec vitae nec mortis, in his febribus, de vita incertissimae pronunciaciones sunt, de morte ut plurimum certae. ¶ Et cura istarum febrium secundum Liliatorem est, ut aer rectificetur et si egritudo est sanguinea particularibus convenientibus fiat flebotomia. Si materia est colerica, purgetur digesta et ita, si est de aliis humoribus, fiat digestio et evacuacio secundum quod oportet et fiat talis siropus: ℞ succi boraginis, succi buglossae, succi melissae, succi pomorum dulcium, succi acetosae, succi endiviae, succi scariolae ana libram semis[7]), rosarum, florum nenufari ana ʒ iij, sandali rubei et albi ana ʒ ij, camphorae ʒ j, aceti de vino albo ʒ iij, conficiatur cum aqua rosarum optime et cum libra j zucari fiat siropus et sint quartae quinque et clarificetur. ¶ Item utatur isto electuario: ℞ zucari rosarum, triasandali, dyadraganti[8]) frigidi ana ʒ iiij [fort][9]) foliorum seu pannorum auri xx, margaritarum, iacintorum, ossis de corde cervi pulverizatorum ana ʒ j, misceantur. Si extrema infrigidantur, fiant fricaciones fortes in extremitatibus incipiendo ab anteriori parte, hoc est sub asellis et in coxis procedendo ad extrema digitorum et manuum et pedum et trahendo sic versus exteriora. Et si esset debilitas appetitus, confortetur cum aroma-

[1]) *fehlt Vrat.* [1a]) *Dresd.* [2]) *fehlt Lips.* [3]) collorancia *Vrat.*
[4]) *fehlt Lips.* [5]) quia *Lips, Dresd.* [6]) ypostastata *Vrat.*
[7]) h secundum *Vrat.* [8]) dyagraganti *Vrat.* [9]) [—] fehlt *Lips* u. *Dresd.*

ticis. Haec Liliator. Almansor autem nec flebotomiam nec purgaciones ponit, sed ponit curam huius febris in rectificatione aeris et in exhibicione frigidorum et in nutriendo cum cibo et si omnino[1]) appareant et quod regendi sunt pacientes in omnibus sicut in capitulo de ethica dixerat, excepto quod in balneum non sunt mittendi, nec in potu lac recens nec aquam calidam sumere debent. ¶ Alfonsus dicit, si febris pestilencialis est curabilis, curatur cum rectificacione aeris cum cibo delicato et medicinis frigidis aromaticis ⟨et flebotomia⟩[2]) et si oportet purgari. Si sanguinis signa multa appareant[3]), fiat flebotomia de epatica et statim post emissionem sanguinis vel dum emittitur, dentur ij vel iij coclearia de vino granatorum vel oxizakari coclear j cum ij cochlearibus aquae buglossae vel boraginis et ponatur aeger in loco aperti aeris ⟨et⟩[4]) in domo scilicet ubi aer non sit obtusus, nec malae qualitatis et quod non sit turbidus, fetens vel corruptus, nec calidus, nec multum humidus, sed declinet ad siccitatem et sit frigidus; si autem aer ciscumstans sit calidus et nimium siccus, corrigatur aer in domo et rectificetur. Sic sit domus mundata ab omni sorde et malo odore et lectus sit paratus de straminibus avenae recentibus et super stramina non ponatur lectus de plumis, quia minus calefacit, sed matracium de bombace factum ponatur et lintheamina recenter lota et circa lectum sint frondes salicis, folia vitis et rosae siccae et pavimentum domus prius bene mundatum aspergatur cum aqua rosarum et aqua nenufaris; quod si haec non habentur, aspergatur cum aqua comuni frigida et aceto forti. Rectificato aere de cibo notandum est, quod multi fuerunt hac febre laborantes, qui comedere noluerunt, et mortui sunt. Quidam autem compulsi sunt comedere et ex hoc evaserunt. Sed cibus eorum facilis digestionis sit et ad frigiditatem tendens, ut sunt ordeum, avena, lac acetosum, de quo butirum est extractum, pruna damascena, mala granata, acetosa, mala maciana, berberis et sucus uvarum acerbarum et citri acetosi et succus granatorum acetosorum et berberis et herbae acetose[5]) et prunorum et macianorum et similia his; quod si praedicti fructus vel succus eorum haberi non possint, condiantur cibi cum aceto et bibat acetum cum multa aqua frigida mixtum vel cerevisiam ordeaceam multum debilem, non humulatam vel parvissimum de eo habentem, vel serum acetosum, et utatur electuarijs istis mixtis vel aliquo eorum secundum oportunitatem habitam, zucarum rosarum, violarum, dyaboriginatum, dyacicoreatum, triasandali, dyadragantis[6]) frigido, oxizakari, tabulata et huiusmodi. De siropus conveniunt siropus rosarum et siropus violarum oxizakari, siropus acetosus, nenifarinus et siropus factus

[1]) non *Dresd.* [2]) ⟨—⟩ *fehlt Vrat.* [3]) sanguis multa appareatur *Vrat.*
[4]) *fehlt Dresd.* [5]) acetosorum *Vrat.* [6]) dyagragantis *Vrat.*

de succis praedictorum fructuum frigidorum et succo boraginis, buglossae et zucaro et potest poni in electuarijs confortativum frigidum, ut sunt margaritae, saphiri, smaragdi, coralli et boli armeni. Si fluxum sanguinis[1]) habeant et si adest facultas et oportunitas, epitimetur regio cordis et epatis cum epitimate de frigidis cordialibus et ego appono epitima, quod est[2]) in antidotis[3]) et non solum super cor et epar appono, sed eciam super stomachum et super frontem et super venas pulsatiles prope manum et facio eos odorare dicta cordialia, camfora et aliis addita et parum de aceto et ⟨nota⟩[4]) quod si a principio multa male signa ⟨et forcia⟩[5]) appareant et non mitigentur per bonum regimen et confortancia[6]), medicus consulat ut animae consuletur et inposito bono regimime et rectificacione aeris modo praedicto pronosticet periculum et recedat.

Man sieht, es ist ein im wesentlichen literarisch zusammengelesenes und zusammengeflicktes Stück[7]), das nur gegen Ende eine gewisse Selbständigkeit eigenen Urteils wenigstens andeutet. Es mutet ganz an, als sei der Autor von der literarischen Bewegung in Ärztekreisen nach den Erfahrungen des „schwarzen Todes“ so gut wie unberührt geblieben, so unbefangen operiert er mit seinen „Almansor“, „Alfonsus“, „Liliator“ (Bernhard v. Gordon), „Gilbertus“, „Rogerius“ usw.

Wer aber ist dieser Thomas von Sarepta? Ein keineswegs unbeachtet gebliebener Mann in der bisherigen Geschichte der Medizin, wie schon ein Blick in Heinrich Häsers „Lehrbuch der Geschichte der Medizin“ uns zeigt[8]) und in Ulysse Chevaliers Répertoire des Sources historiques du Moyen âge[9]), wo neben manchem

[1]) ventris *Lips*, *Dresd.* [2]) fehlt *Vrat.* [3]) antidoto meo *Lips*, *Dresd.*
[4]) ⟨nota⟩ *fehlt Vrat.* [5]) ⟨et forcia⟩ fehlt *Vrat.*
[6]) et non mitigetur . . . confortancia *fehlt Lips.*

[7]) Im Codex Lipsiensis finden sich auf Bl. 199ʳ am Fuße der Seite desgleichen im Dresdensis Bl. 190ᵛ unten noch folgende zwei praktisch-therapeutische Notizen von der Hand des Schreibers des Textes beigesetzt:

„Nota. In febre pestilenciali et in apostematibus venenosis sub umbilico vel prope caveatur clistere, ne per diffusionem medicinae et per motum friccionis materia venenosa moveatur et fumum ad cor transmittat venenosum.

Nota. In praedictis morbis medicina per os non detur attractiva, quia fortis est caliditatis et quia materiam trahit ad stomachum et de facili vapor materiae venenosae et corruptae cor potest impetere [impedire?], sed si oportet purgare, fiat hoc cum lenitivis et abstersivis et cor prius et epar confortetur cum frigidis praeservativis, ut sunt vinum de berberis et de malegranatis acetosis.“

[8]) 3. Aufl., Bd. I, S. 726. Auch Pagel im „Handbuch“ und Neuburger erwähnen ihn.

[9]) Bio-Bibliographie. Nouv. édition. II. Vol. Paris 1907. Sp. 4515.

wenig Erträgnis bringenden Verweise[1]) der allerwichtigste allerdings fehlt, der auf A. G. E. Th. Henschels Arbeit über „Schlesiens wissenschaftliche Zustände im 14. Jahrhundert".[2])

In dieser Schrift handelt Henschel von S. 82—103 über Thomas von Breslau und seine Schriften. Er glaubt ihm als ärztlichen Schriftsteller und Praktiker die erste Stelle unter den schlesischen Ärzten des 14. Jahrhunderts anweisen zu müssen. Ein gelehrter Kenner der Medizin und ihrer Übung war er gewiß.

Die bedeutsamste Quellenkunde über Thomas bringt eine Schlußnotiz seiner „Practica medicinalis", von ihm selbst „Mihi competit" betitelt, die im Leipziger Exemplar *Ms. 1198*, Bl. 206^{v} folgendermaßen lautet:

> „Explicit liber quartus opusculi mei, quod michi competit nominaui, que practica mea vsualis est. Glorioso et omnipotenti deo sit laus, qui quod bonum est mortalibus prestat. ¶ Hoc opus Ego Thomas, dei et sedis apostolice gratia Episcopus Sareptensis, ordinis premonstratensium, medicus Wratislauiensis in Ciuitate wratislauiensi incepi compilare anno domini M.^{o}CCC^{o} Sexagesimo et anno etatis mee lxiij^{o}, postquam preter hoc quod in alijs mundi partibus practicaueram, in dicta ciuitate xxiiij^{or} annis practicaui et deo cooperante in eadem ciuitate inceptum opus compleui. Deo sit laus et gloria in secula seculorum. Amen."[3])

Wir ersehen daraus, daß er im Jahre 1297 geboren sein muß, wo bleibt ungewiß, desgleichen wo er studierte und den akademischen Magistergrad erlangte. Ehe er sich in Breslau 1336 neununddreißigjährig niederließ, hatte er „in aliis mundi partibus" ärztliche Tätigkeit ausgeübt. Aus einer Stelle seiner Practica, die Henschel entgangen ist, läßt sich ersehen, daß Thomas in England längere Zeit gewesen ist. Er sagt nämlich im 55. Kapitel „De ydropisi" *Bl. 91*^{r} des Leipziger *Codex 1198*:

[1]) Das Wichtigste an dem Genannten ist noch die Mitteilung des Archivars Herschel in Dresden, betitelt „Thomas medicus Wratislaviensis" in Robert Naumanns Serapeum. Ztschr. f. Bibliothekwissenschaft, Handschriftenkunde u. ält. Literatur, XVIII. Jahrg., Leipzig 1857, S. 366—368, die Beschreibung der Dresdener Handschrift *C. 274*, (die ich auch zum Studium mit herangezogen habe) der Originalhandschrift der Practica, wie H. meint.

[2]) Breslau, Verl. v. Josef Max und Komp. 1850. 104 S. 8°.

[3]) Darauf noch die Nachschrift: „Comparatus est iste liber per fratrem Casparum Brlononis Anno domini I43 ij° in wratilsauia". Das oben mitgeteilte, direkt vorhergehende Explicit stimmt mit dem Dresdener, das Herschel a. a. O. mitteilt, bis auf Kleinigkeiten überein.

„Ego vero do cum vino albo claro in quantitate parva dictum succum [succum yreos] in quantitate primo dicta et aliquando cum sero caprino de re cocta, et non do cottidie evacuationem talem, sed ij diebus conforto epar et cor et stomachum et in tercio die do dictum succum, quantum testa oui capit, herbe que anglice vocatur *crousope*[1]), de qua in meo herbario antiquo in papiro habetur, et tu scis famulum coriquae tuae sic curatum, de quo tam medici quam alii obstupuerunt.

Thomas hat also in jungen Jahren botanisiert und sich ein Herbarium angelegt, das auch in England gesammelte Pflanzen enthielt.

Henschel weist nun nach, daß Thomas in seiner Breslauer Zeit auch urkundlich zu fassen ist. Eine Urkunde des Bischofs Przslaus von Breslau erwähnt ihn 1350 mit kurzen Worten als „Petrus physicus professus ad St. Vincentium" und eine andere des Herzogs Boleslaus von Liegnitz vom gleichen Jahre nennt ihn als „Magister et Frater Petrus, Monasterii Sancti Vincentii prope Wratislaviam Ordinis Praemonstratensis" und als Kapellan des Herzogs, hebt aber auch gleichzeitig seine ärztlichen Dienste hervor: „administrato nobis fructuoso suo medicamine swawiter in corpore et sepius recreamur; his igitur ad refectionem nostra sanitate commodius usi, velud digne suis bene meritis obligamur" (15. Juni 1350). Im Jahre 1352 treffen wir ihn zuerst unter dem Namen Thomas zum Bischof von Sarepta (in partibus infidelium) erhoben; es heißt von ihm in einer Bestätigungsurkunde einer früheren Schenkung durch Katharina, die Witwe des Herzogs Boleslaus „ad dies vitae ob reverentiam pontificalis dignitatis" für „frater Thomas alias Petrus, nunc Episcopus a Sarepta". Als Bischof wohnte er in einem Hause neben dem Vincenzkloster. In gelehrter Muße und ärztlicher Beratung brachte er nun seine Tage hin; gelegentlich geben Schenkungen von seinem milden Sinne Zeugnis. Als Kaiser Karl IV. 1393 nach Breslau kam, ernannte er ihn zu seinem Rat und verlieh seinen Besitzungen Freiheit von Steuerauflagen. In späteren Jahren finden wir Th. durch Stiftungen zu Kapellenbauten erwähnt und bei feierlichen priesterlichen Funktionen, so noch zum letzten Male im 81. Lebensjahre am 15. April 1378 bei der Präsentation eines Ordensgenossen in einer Pfarrei. Sein Tod dürfte nicht lange nachher erfolgt sein.

[1]) Am Rande *crowe sepe.*

Von seinen Schriften hat HENSCHEL besonders das „Michi Competit", dessen 4. Buch die schon besprochene „Practica" mit ihren 112 Kapiteln[1]) bildet, und sein „Collectorium secundum Alphabetum" eingehend behandelt (S. 87—102), namentlich das letztere, das ich nur aus Dresdener Fragmenten kenne, die einmal eine besondere Bearbeitung verdienen. Er selbst spricht in seiner „Practica medicinalis" öfters von diesen „Adversaria sive Alphabetum", z. B. Bl. 106^{r} des Leipziger Kodex „ut patet in alphabeto meo", und Bl. 171^{v} „in alphabeto meo littera a". HENSCHEL hat das umfängliche Werk nach dem Breslauer *Cod. III. F. 23, Bl. 1—174*[2]) besprochen und auch durch Anführung der von ihm genannten Autoren S. 93f. und über THOMAS gelehrte Belesenheit Kunde gegeben. Daß er den GENTILE DA FOLIGNO absichtlich nicht zietiert habe, ist ein Irrtum, denn er wird mehrfach genannt.

[1]) Die folgenden Leitgedanken therapeutischen Vorgehens sind im Leipziger Exemplar am Ende des Kapitelregisters dem Texte der Practica des THOMAS von dem eigentlichen Schreiber der Handschrift nachträglich vorausgesetzt.

„Incepcio medicandi, cum plures sunt morbi sive egritudines simul, incipiendum est ab illa, ante cuius sanacionem alia sanari non potest, ut cum apostema et vlcus simul sunt, vlcus sanari non potest nisi sanetur apostema. Item quando vna egritudo est causa alterius egritudinis, ut opilacio est causa febris, prius medicabitur ad opilacionem remouendam, eciam si ad hoc necessarium sit medicina calida, ex qua febris fortior exiscat.

Eodem modo si apostema pulmonis est cum febre, prius medicandum est apostema, quod est causa febris, et non dimittimus hoc facere, quia medicina ad curam apostematis est desiccatiua et posterius febrem augmentatam, quia nisi causa febris curetur, ipsa febris non curabitur.

¶ Item quando due egritudines sunt simul, quarum vna est magis periculosa, illa primo medicanda, ut cum synoca et paralisis simul sunt, medicabimur sinocum cum infrigidantibus et flebotomia et de paralisi non curabimus, licet frigida vel flebotomia paralisi sint nociua. ¶ Item si egritudo et accidens simul sunt, ab egritudine incipiendum est medicari, nisi accidens superauerit egritudinem in malicia, ut in colica ibi domus stupefaciencia, ut fortitudo dolorum que est accidens auferatur, licet talia colice cure impedimentum faciant. ¶ Sic aliquando tardamus purgacionem facere, quam facere debemus propter morbum, propter debilitatem stomachi aut propter ventris fluxum, qui precessit, aut propter presentem nauseam. ¶ Secundum Auicennam vltimo capitulo primi canonis". Auch HENSCHEL hat dies Schriftstück (S. 97 Anm.) nach Mitteilung von RADIUS publiziert; die Stelle, wo es steht, läßt es fraglich erscheinen, ob die Darlegungen wirklich als Eigentum von THOMAS VON SAREPTA angesehen werden dürfen. Sie stammen fast Wort für Wort aus dem 31. Kapitel der 4. Fen des 1. Buches des Kanons von IBN SINA; es mag aber doch sein, daß THOMAS dies als Leitgedanken für sein Tun am Krankenbette adoptiert hatte.

[2]) „Adversaria sive alphabetum primum" usw.; in der gleichen Handschrift auch „De differentia affectionum variarum".

Der Leipziger Handschriftenband *N. 1198* bringt noch zwei andere Arbeiten gleicher kompilierender Struktur und den gleichen Quellen entnommen, auch von der gleichen Hand geschrieben: Bl. 219r bis 240r „Tractatus optimus de urinis Episcopi Sareptensis" und Bl. 240r—255r „Tractatus de flebotomia domini Thome Episcopi Sareptensis", über die vielleicht ein andermal ausführlicher gehandelt werden mag.

Auf einen „Tractatus de conservatione oculorum", den *Ms. III. F. 10* der Breslauer Universitätsbibliothek Bl. 125v—129v unter seinen Namen enthält, weist Pansier im Janus 1904, IX, S. 21 hin; es gilt von ihm das gleiche, was von unserem Pesttraktat sich sagen ließ; auch er ist nur ein Teil des „Mihi competit" und zwar = dessen 13. Kapitel. Daß wir dieses „Mihi competit" nicht vollständig besitzen, wie Pansier ebenda behauptet, ist nicht richtig. Das Leipziger Exemplar enthält einen vollständigen Text.

